TOWNSEND

1

Italian, late 14th century
Initials in style of Bologna

Albertani

Liber consolationis et consilii
Liber de amore et dilectione Dei

625

MANUSCRIPTS:—

380 ALBERTANI (Causidici Brixiensis), LIBER CONSOLATIONIS ET CONSILII, Liber de Amore et Dilectione Dei Aliarumque Rerum et de Forma Vitæ, Itemque ejusdem Sermones. Item GESTA ALEXANDRI MAGNI. Item EPISTOLA PRESBYTERI JOHANNIS et Prophetiæ Sibyllæ.

MANUSCRIPT ON VELLUM, *Sæc.* xiv., written on 99 leaves ($10\frac{1}{2}$ by $7\frac{1}{8}$ inches) and ornamented with large Initial, Border, and numerous curious illuminations, comprising decorated Capitals (several historiated), small borders and other ornamentations, figures of birds, Cupid shooting, nondescripts with musical instruments, fable of crane and fox, &c. Folio, *morocco extra, by Townsend of Sheffield,*

These Treatises of the famous Brescian Judge Albertano were written in the years 1235–46. The Gesta Alexandri Magni, a famous Romance of Chivalry, and the Epistle of Prester John, are rarely found in manuscript.

97 3 leaves blank

MANUSCRIPT OF AN EARLY ROMANCE OF CHIVALRY

428. MANUSCRIPT. Albertano da Brescia [Causidici Brixiensis Albertani.] Liber Consolationis et Consilii, Liber de Amore et Dilectione Dei Aliarumque Rerum et de Forma Vitae, Itemque ejusdem Sermones. Item GESTA ALEXANDRI MAGNI. Item EPISTOLA PRESBYTERI JOHANNIS et PROPHETIAE SIBYLLAE. Manuscript of the early part of the Fourteenth Century written on 99 leaves, (10½ by 7⅛ inches). *Ornamented with large initials, borders, and numerous very curious illuminations, comprising decorated capitals, (several historiated) small borders and other ornamentations, figures of birds, Cupid shooting, nondescripts with musical instruments, the fable of the crane and fox, etc.* Folio, brown morocco, blind tooled, a few small worm-holes in six or seven leaves. Fourteenth Century

AN IMPORTANT AND FINE CHIVALRY MANUSCRIPT. It is very seldom that we find Manuscripts of such early Romances as "The Gesta Alexandri Magni" or "The Story of Prester John." The three works comprising this manuscript are the work of the celebrated Italian Writer and Jurist, Albertano of Brixiensis and they were written sometime between 1235–1246.





Initium et medium ac
finem mei tractatus adsit gratia
spiritus sancti. Quoniam in dicendo multi
errant nec est aliquis qui linguam
suam ad plenum domare va-
leat beato iacobo apostolo testante.
Natura bestiarum et serpentium
ac volucrum et ceterorum domina
tur et a natura humana domita
sunt linguam autem suam nemo dom
are potest. Ideo ego albertanus br
evem doctrinam super dicendo atque
tacendo uno versiculo comprehen
sam tibi filio meo [illegible] prepo
sui decenter. versiculus autem
hic est. Quis quid cui dicas
cur quomodo quando requiras. Verum
quia verba mea in versiculo compre
hensa ponderosa sunt. et genera
lia et generalitas parit obscu
ritatem ideo illa exponere. ac
pro modulo mee scientie licet
non ad plenum exponendo dilucida
dare. Tu igitur fili carissime
cum loqui desideras a te met
ipso incipere debes ad exemplum
galli qui antequam cantet
cum alis ter se percutit. In pri
ncipio itaque vel tu antequam
spiritus ad os tuum verba producat
te ipsum. et omnia verba in ver
siculo posita requiras. id est in
quiras te ipsum et a te ipso non
solum queras sed iterum queras
nam istud re. reiterationem in
dicat ut dicas requiras. id est ite
rum queras. sic enim repetere
dicitur quis hoc est iterum petere ita
requirere dicitur quis. id est iterum que
rere.

Equiras ergo maxime tu a te
ipso quis es qui dicere vis
utrum dicere illud a te pertineat
an potius ad alium. nam si ad alium
potius quam ad te dicere illud per
tineat illud dicendo te immiscere non
debes. hic est. pleges culpa est
immiscere rei ad se non pertinenti
ut dicit regula iuris. Et alia cu
lpa est dicere quod ad se non per
tineat. Unde salomon in pro

verbiis dixit. Sicut qui apprehendit
auribus canem. ita qui transit et
impatiens est commiscetur alterius rixe.
et ihesus sirac dixit. De ea re que
te non molestat ne certaveris. Secundo
requiras te ipsum et a te ipso utrum
in plano et quieto sensu permane
as. an non ita. vel aliqua perturba
tione animi motus excitatus. nam si turbatus
est animus tuus a locutione cessare
debes et motus tui animi turbatos
cohibere ira discedente. ait enim tullius
Virtutis est cohibere motus animi
turbatos et appetitiones obedientes
efficere rationi. Et ideo tacere de
bes iratus. quia ut ait seneca.
Iratus nichil nisi criminis loqu
itur. quare et cato dixit. Iratus de
re incerta contendere noli. Ira im
pedit animum ne possit cernere
verum. Et alius dixit. Lex vi
det iratum iratus non videt illam.
Unde etiam ovidius dixit.
Vince animos iramque tuam. qui cetera
vincis. Unde etiam tullius dixit.
Ira procul absit cum qua nil re
cte fieri nil considerate potest. que
enim cum aliqua perturbatione fiunt. nec
constanter fieri possunt. nec his qui
adsunt approbari. Unde et petrus
alfunsus dixit. Nam habet huma
nus animus quiddam parvo conturbato.
et non fieri discernendo discretionis car
eat oculo. Et si de ira et irato. at
que iracundo plenius scire volueris
lege in libro quem composui de amore
et dilectione dei. et aliarum rerum. de for
ma vite et in titulo de amici
tia iracundi hominis vitanda. Ca
vere debes ne voluntas dicendi
in tantum te moveat. atque ad dicen
dum te inducat. quod appetitus
tuus rationi non consentiat. ait enim
salomon. Sicut urbs patens et si
ne murorum ambitu. Ita vir qui non potest
cohibere spiritum suum in loquendo. Unde
etiam dici consuevit. Tacere qui
nescit nescit loqui. nescit ergo stul
tus loqui. cum tacere non potest.
Unde quidam sapiens interroga
tus cur tantum taceret. an quia stultus

· 7 Impone ori tuo
frenos certos

Vnde psalmista // peccatori autem
dixit deus quare tu
enarras iuſticias meas
et aſſumis teſtamentum meum
per os tuum ..

cet. ꝶ. ſtultus tacere nō pōt. Et
alibi Salon dixit. Aurū tuū et
argentū tuū cōfla. et uerbis tuis fa
cito ſtateram et aucūd ne forte laba
ris in lingua: et ſit caſus tuus in
ſanabilis in morte. Et iterum idem
ait Qui cuſtodit os ſuū cuſtodit
aīam ſuā qui autem inconſideratus ē
ad loquendū ſentiet mala. Et etiā
cato dixit. Virtutem primā puto
compeſcere linguā. primus eſt ille deo
qui ſcit rōne tacere. Tercio requi
re te ipm et aīe ipso maiō tuo reco
gites. quis es qui aliū reprehēdere
uel alio dicere uel. utrū de ſili dicto
uel facto. ualeas reprehendi. nā dixit
beatus paulus. ꝛc. ad romanos Jnex
cuſabilis es o hō oīs qui iudicas in
quo. ē. aliū iudicas. te ipm con
dēpnas. eadē. ē. agis que iudicas
Et inead. e. ſubditur. Qui ergo aliū do
ces. te ipm nō doces. qui pdicas
nō furandū. furaris. qui dicis nō
mechādū. mecharis. quia abho
minaris ydola ſacrilegiū facis.
deū inhonoras. Et cato dixit.
Que culpare ſoles ea tu ne feceris
ipse Turpe eſt doctori. cū culpa re
darguit ipm. nā bn̄ dicere et ma
le operari. nich aliud eſt qm̄ ſe ſua
uoce dāpnare ut auguſtinus ait. Et
alibi idē cato ait. Alterius dcm̄ uel
factū ne carpſeris umquam Exem
plo ſimili ne te derideat alter.
Quarto requiras ane ipso intra
te. quis es qui dicere uelis utrū
bn̄ doctus. an indoctus. et ut
rū q dicere uelis bn̄ ſapias. alio
qn bn̄ dicere nō uales. nā quidam
cum ſapientem interogauit quō
optime poſſet dicere q[uid]. ꝶ. ſi tm̄
modo dixiſſet quod bn̄ didiciſſet.
Jhesus ſirac dixit. Si eſt tibi intel
lectus. ꝶ. primo. ſi autem ſit
manus tua ſup os tuū. ne cap
iaris in uerbo indiſciplinato et
confundaris. Quinto requi
ras quis eſt effectus tue locuti
onis. nā q̄dam ab inicio intent
bona que malū effectū ſunt habit
uri. Dixit ei ihs ſyrac. Jn omni

nibus bonus duplicia mala inue
nies. Quia non ſolū principiū
ſed etiā finē ꝛ effectū requirere
debes. atque excogitare. Vn pā
philus dixit. Principiū finemque ſi
mul prudencia ſpectat. Et ꝛ fi
nis hic crimen et omne decus. Vbi
principium finem circumſpice ubi ut
melius poſſis pmeditata loqui.
Si autem in uerbo quod dicere uelis
dubiū apparet. utrū bonū effe
ctū ſit habiturū. an nō. ſilere debe
ſ pocius q dicere. Vnā dixit petrus alf
unſus. qui fuit optimus philoſo
phus. Dicere metuas uerum. penitus
ſemper melius eſt nō q̄m ſic. ſa
pienti enim magis expedit tacere p
ſe. q̄m loqui cōtra ſe. quia nemi
nem tacendo multos loquendo ci
rcum uectos uidimus. uerba enim ſa
gittas ſunt q ſilia. facile emittū
tur. difficile extra hantur. Quia
dici conſueuit Euolat emiſſum
ſemel irreuocabile uerbum Vn in
dubiis melius eſt tacere q̄m dic
ere. ſicut et in factis dubiis me
lius eſt nō facere. ut ait tulli di
cens bn̄ precipiunt. qui uetant quicq
uā agere q dubites equm̄. an
iniquū ſit equitas enim per ſe lucet
dubitacio autem ſignificationem
cōtinet iniurie. Et. alius dixit. ſi
quid dubitas. ne feceris. iurium
enim indicio q negatium fuit fugi
to. Quod autem ſeneca dixit
ſolet eē in dubio pconſilio re
mittas. Et circa ad intelligenciā
et expoſitionem huius ſillabe.
quis. multa notari poſſent. ſed
iſta quinque que ſupius poſita ſunt bre
uitatis cauſa tibi ſufficiant.
Rogas notatis diligenter cognitis
ſup hac ſillaba quis. ſequitur
uidere aliqua expoſitione ei. ſꝛ
hac ſillaba quid. et circa rogare
debes quid dicas. Jn primis u
tru uerū an ſictum ait enim ihc ſy
rac. An omnia opera tua uerbū ue
rax pcedat te. et ante omnem ac
tum tuū conſiliū ſtabile. Sꝛ
oīa enim ueritas eſt colunda. q ſola

· q. fact

tes homines peiores facit. cum ipse
deus veritas sit. ipse merito hoc te-
stante cum dicit. Ego sum via
veritas et vita. sic igitur loqui debes ve-
ritatem omnino in dicendo. mendatio do-
loso penitus fugato. ait enim salo-
mon in ecclesiastico. potius diligendus
est fur quam assiduus mendatio.
Et alius dixit. acquiescere veri-
tati. sive a te prolate. sive tibi obla-
te. Et etiam cassiodorus dixit. Pes-
sima consuetudo est despicere ve-
ritatem. Et intelligo veritatem puram
ut in qua nichil immisceat falsitatis.
nam ut ait. bonum est verum. si non ali-
quid falsi immisceat adiutum. Intelligo
etiam de simplici veritate. ait enim
seneca. Oratio eius qui veritati
operam dat incomposita et simpl-
ex esse debet. Ita igitur veritatem loqui debes
ut verbum tuum habeat pondus iuris iu-
randi et nichil intersit inter tuam
simplicem assertionem et ius iura-
ndum. nam ut seneca dixit. di-
ctum eius non habet ius iurandi pon-
dus. et quoque ius iurandi pon-
dus vile est. Et idem idem dixit
in libro de formula honeste vi-
te. Nichil tibi intersit an affirmes
an iures. de religione enim et fi-
de scias agi. ubicumque de veri-
tate tractatur. nam et si iure iu-
rando deus non invocetur. et in-
vocatus non est testis. tamen perni-
ceas veritatem. ne iusticie [illegible] ha-
legem. quod si aliquem coniiceris [illegible]
ti indagatio. vivere et non ad falsi-
si adiunui custodia. et sic contigit fi-
delitatem mendatio recturi [illegible]
tuueris. si potius excusabis. quam
ubi honesta causa est. usus
se etiam non potest. taciturnitas enim tac-
et. loquentem loquitur. atque ita illi
pax est se etiam tranquillitas.
Veritatem igitur puram dicas et simp-
licem. et deum roga ut verba men-
datii a te longe faciat. nam et salomon
rogavit dominum dicens. Duo rogavi
a te domine. ne deneges michi antequam
moriar. Vanitatem et verba
mendacii longe fac a me. Et sicut

non debes dicere contra veritatem. ita
nec facere. dixit enim beatus pau-
lus. i. e. secunda ad corinthios. Non e-
nim possumus aliquid contra veritatem
sed pro veritate. Et talem veritatem dicas
que est certa. alioquin pro mendatio re-
putaret. et mater falsitatis fo-
ret. nam veritas que non cer-
te pronunciatio reputatur sicut
[illegible] optinet quod sibi credit
Et ideo dixit super. mendatio dolo se pe-
nitus fugato. quia non iudicando est
mendax qui dicit falsum quod putat
verum. quia quantum in ipso est non fal-
lit ipse. sed fallitur. Et e contra mentitur qui
dicit verum quod putat falsum. Nec
est liber audacie qui ore resonat
verum loquens. sciens autem nocumentum
nititur. ut beatus augustinus dixit. Secundo
requiratur quod dicere vis. ut sit effi-
cax. an inane. efficacia enim verba
semper dicere debemus. Inania non
penitus silere. ait enim seneca de
formula honeste vite. Sermo
quoque tuus non sit inanis. sed aut consoletur aut
doceat aut precipiat. aut mon-
eat. et paulus in epistola ad timo-
theum dixit. prophana autem et in-
ania loquia devita.
Tertio requiratur an dicas quid ra-
tionabile. an irrationabile. Ra-
tionabilia verba semper sunt dicenda
irrationabilia vero semper tacenda. nam que
ratione caret. non potest esse diuturnum. quod
enim rationem secum portat. totum
mundum vincit. unde scriptum est. Si vis
vincere totum mundum subice te rationi.
Ratione enim media est adolescencia.
Et etiam dicitur convenit. Inmadi-
bita vero cum quid optimum sit.
neglecta non multis implica-
tur erroribus.
Quarto requiratur utrum dicas
quid asperum. an dulce et sua-
ve. dulcia enim verba semper sunt pre-
ferenda. contraria vero tacenda. et peni-
tus omittenda. dixit enim ihesus syrac
tibie et psalterium suavem fac-
iunt melodiam. super utraque autem lin-
gua suavis. Et idem idem dixit.
verbum dulce multiplicat amicos.

et mitigat inimicos. Inde etiam
dici consuevit: Silva tenet lepo
rem, sapientis lingua leporem. Et
Pamphilus dixit: Excitat et nu
trit facundia dulcis amorem.

Quinto requiras an dicas quod
durum an molle. Mollia enim ver
ba et non dura dicenda sunt. Ait
enim Salomon: Mollis responsio frangit
iram, sermo quidem durus suscitat fu
rorem.

Sexto requiras an dicas quod pu
lcrum an vero turpe vel malum. Nam
pulcra et bona verba dicenda sunt,
turpibus et malis penitus omissis.
Nam dixit beatus Paulus in epistola
prima ad Corinthios: Nolite seduci.
Corrumpunt bonos mores coll
oquia mala. Et alibi idem dixit
in epistola ad Ephesios: Omnis sermo
malus ex ore vestro non procedat. Et
item in eadem epistola subiecit: Turpitu
do aut stulti loquium aut scurri
litas que ad rem non pertinet non
nominetur in vobis, sicut decet sanctos.
Et Seneca de formula honeste
vite dixit: A verbis etiam turpibus
abstineto, quia licencia eorum
impudenciam nutrit. Et Salomon
dixit: Homo assuetus verbis impro
perii non erudietur cunctis dieb
us vite sue. Sermo itaque tuus
non sit turpis, sed semper in gratia sale sit
conditus. Ait enim beatus Paulus in
epistola ad Colossenses: Sermo vester semper in grac
ia sale conditus, ut sciatis quo op
teat unicuique respondere.

Septimo requiras ne quid dicas ob
scurum vel ambiguum, sed dicere de
bes clarum et aptum. Dicit enim lex:
Nichil interest neget quis an tac
eat aut obscure respondeat. Et iterum alibi:
ut incertum dimittat interrogantem. S
criptum est enim: Sancti est mutum
esse quam quod nemo intelligit dicere.
Octavo requiras ne quid sophisticum
dicas. Ait enim Ihesus Syrac: Qui soph
istice loquitur odibilis est, omni re
fraudabitur. Non enim data est illi a
Domino gratia.
Nono requiras ne quid iniurio
sum vel contumeliosum dicas vel
facias. Scriptum est enim: Consultis mini
atur qui uni facit iniuriam. Unde
Ihesus Syrach dixit: Omnis iniurie
proximi ne memineris et nichil agas
in operibus iniurie. Et Cassiodorus
dixit: Iniuria uni opago tota
[illegible]. Et etiam apostolus in epistola ad Colossenses
ait: Qui enim iniuriam facit, accipiet
id quod inique gessit. Et Seneca in epistola
dixit: Ab alio expecta quod alii feceris.
Et sic intelligo quamlibet iniuriam
et contumeliam, et maxime de illa que
fit sub simulatione boni. Ait e
nim Tullius: Nulla capitalior
est iniuria quam eorum qui tunc cum ma
xime falluntur id agunt ut boni viri
esse videantur. Iniuria namque et con
tumelie tam pessime sunt ut non
solum cuilibet singulariter noceant sed
etiam regnum propter destructionem
quam patiuntur, nam ait Ihesus Syr
ac: Regnum a gente in gentem tran
sfertur propter iniusticias, iniurias et con
tumelias. Et non solum ab inferendo
vel faciendo alii iniuriam cohibere te
debes atque cessare, sed etiam alii vo
lenti dicere vel facere iniuriam ob
stare debes si commode potes. Ait
enim Tullius in libro de officiis: Duo
sunt iniusticie genera: unum eorum
qui inferunt, alterum eorum qui ab his
quibus infertur, si possunt, non propulsant
iniuriam. Et itaque est in vicio qui non ob
stat iniurie si potest, quam si parentes
aut patriam aut amicos deserat,
si commode potest. Ideo dixi, quia
ea demum fieri posse dicimus que commode fi
eri possunt, ut lex nostra dicit. Si autem
alius tibi iniuriam dixerit, tacere de
bes. Nam, ut dicit Augustinus in libro de sum
mo bono: Gloriosius est tacendo
iniuriam fugere quam respondendo supe
rare. Decimo requiras ne quid scu
rrilosum dicas, quia [illegible] Nichil est
[illegible] quam [illegible].
Undecimo requiras ne quid irrisorium
dicas neque de amico neque de ini
mico nec de quolibet alio. Scriptum est enim:
Amicum sicut ioco ledere caveto. Et
Ieronimus: Bonus amicus, lesus gravius

irascatur. Comminuatur autem per ir-
risiones de se factas. decet cito ad
verba perveniret ac verbera. cuilibet a-
utem irrisio de se facta displicet. ita
quod amor inter eos minuitur. et secundum re-
gulam amoris. si amor minuatur ci-
to deficit et raro convalescit. et e-
tiam per irrisiones cito diceret tibi quod no-
lles audire. nam dixit salomon. Qui alie-
na temere manifestat iniurias sua a-
intempestive audiet convicia. Et
marcialis dixit. Derides alios non tu de-
risus abibis. Et item idem dixit. Siri-
des alium. vel rideris utrique cul-
pa est in aure. prius turpe. sequens
ne magis. Duodecimo requiras neque
verbo dolosum dicas. dixit enim propheta. Di-
sperdat deus universa labia dolosa
et linguam magniloquam. Terciodecimo
requiras nequid superbum dicas. nam di-
xit salomon. ubi fuerit superbia. ibi et
contumelia. ubi autem humilitas ibi
sapiencia cum gloria. Et iob dixit si
ascenderit usque ad celum superbia et
caput eius nubes tetigerit. quasi ster-
quilinium in fine perdetur. Et iesus syrac
dixit. Odibilis est coram deo et homi-
nibus superbia et execrabilis omnis ini-
quitas. Et item. obiurgacio et in-
iurie annullabunt substanciam et do-
mus que nimis locuples est annulla-
bitur superbia. Denique requiras ne
verbum ociosum dicas. scriptum est namque
de omni ocioso verbo reddituri su-
mus racionem. Sit itaque verbum tuum ve-
rum. efficax. non inane. rationabile. dul-
ce et suave. molle et non durum.
pulcrum et non turpe vel malum. non ob-
scurum vel ambiguum. non sophisticum
non curiosum. nec sediciosum non irri-
sorium non dolosum non superbum. non ocio-
sum. hoc denique tracto tibi pre ge-
nerali. quod omnia que pietatem. existi-
macionem verecundiam nostram ledunt. et
ut generaliter dicam que contra bonos mores
fiunt. nec nos facere posse credendum est.
ut lex nostra dicat. Ergo nec ea
dicere debemus. ait enim socrates. Que
ne facere turpe est. ea nec dicere ho-
nestum puto. honesta quidem semper dicere
debes. non solum inter extraneos. sed etiam

inter tuos. nec inhonestis verbis in-
ter suos uti debeat. qui honestis inter
alienos uti desiderat. cum in omni par-
te vite honestas preciosa est. Et
certe infinita exempla super hoc verbo quod
ad eius exposicionem et intelligen-
tiam dici valerent. sed hec ad presens tibi
dicta sufficiant.

Habito tractatu superius duabus sila-
bis. quis. et quid. accedas ad tr-
actandum super hac dictione cui. et cer-
te cui loqui desideras. Requiras cui
loquaris. utrum amico. an alii.
amico loqui bene et recte potes. quia
nichil est dulcius quam habere amic-
um. cum quo tanquam cum te ipso loqu-
aris. non tamen amico talia dicas de
quibus propalandis timeas si inimi-
cus tibi fiet. ait enim seneca in epistolis
sic loquaris cum amicis tanquam de-
us audiat. et sic vivas cum hominibus
tanquam deus videat. Et alius dixit
sic habeas amicum ut non timeas ipsum
fieri inimicum. Et petrus alfun-
sus dixit. propter amicos non pro-
batos provide tibi. semel de inimi-
cis. et milies de amicis. quia for-
san amicus quandoque fieret inimicus.
et sic levius posset perquirere dam-
pnum tuum. Secretum ergo tuum de quo
non vis. vel non potes habere consili-
um. tibi habeas. nullique manifestes.
ait enim iesus syrac. Amico et inim-
ico noli enarrare sensum tuum. et
si est tibi delictum noli denudare.
audiet enim te. et respiciet te
quasi defendens peccatum tuum et odi-
et te. Et alius dixit. quod secre-
tum esse vis nemini dicas. Et
alius dixit. Vix existimes ab uno
celari posse secretum. Et alius di-
xit. Consilium vel secretum tuum
absconditum quasi in carcere tuo est et
ex rursum revelatum vero te in carc-
ere suo tenet ligatum. Quidam dixit
qui consilium suum retinet in cor-
de suo iuris est melius eligere. nam
tutius est tacere quam ut taceat ali-
um rogare. ait enim seneca. si
tibi ipsi non imperasti ut taceres.
quo modo ab alio silencium queris



si aūt ꝺ secto ꝯsiliū hr̄e uo
lueris amicissimo. fideli et ꝓ
bato atq; secreto illud committas.
dixͨ enī salon. Multi pacifici
sint tibi et ꝯsiliarī unꝰ ꝺ mille.
Et cato dixit. Consiliū archa
nū tacito ꝯmitte sodali. Corp
oīs auxiliū medico ꝯmitte fi
deli. Inimico aūt nō multū lo
quaris. n̄ secreta tua illi detegas.
ait enī ysopus. Ne confidaris. se
creta n̄ hīs detegans. cū q̄bꝫ
egisti pugne discrimina tristis.
Et alibi idē dixͨ. Nulla fides
hosti. tibi sit q̄ talia nosti ꝓ
rsus et ꝯsiliis ē sit ꝑsuasio uul.
Et h̄ dico tibi etiā sicut inimi
co ingratū reueris. Scriptū ē enī.
Cū inimico nēo tute. iguīt re
dit. uapor enī odii sēp latet in
pectore inimici. Unde ait se
neca. Nūq̄ ī diu sunt ignis ꝺ
ficit uapor. Et p̄ idē ait. ꝑuni
co poci occidi expedit. quā cū
inimico uiuere. Unde etiā salon di
xit. Inimico antiq̄ ne credas in
eternū et si humiliatus uadat
curuus. nō credas illi. captus enī
utilitate. nō amicitia reuertitur.
uolontate. ut capiat fugiendo.
q̄ nō potuit ꝑsequendo. Et ali
bi idē ait. In oculis tuis illacri
mabit inimicus. et si inuenerit tēp
us nō satiabitur sanguine tuo.
et petrus alfunsus dixit. Ne
associes ī inimicis tuis. cum alios
ꝑsis reperire socios. q̄ enī male
egens notabit. q̄ nō bona fuerint
retinabit. Cū omnibꝫ t̄n nunq̄
aute loqͥndum et tacendū est.
quia multi. celant animū q̄ re
ui sit inimici. qr idē dixit. Omnis
ignotos quasi inimicos suspiciaris.
ait enī. Nō aggrediaris uiā cū
aliquo n̄ ꝑius eum cognouis.
si aliq̄s ī uia ē ignotus se associ
auit. iterq̄ tuū inuestigauit. dic
te uelle longius ire quā dispo
suis. et si detulit lanceā uade
a dextris. si ensē. uade a sinistris.
Septimum. requiras uerū ī sapiente

an. sapiente loquaris. ait enī
salon. In auribꝫ ī sipientū ne lo
quaris. q̄a despiciet doctrinā
eloqͥ tui. Et itm̄ uir sapiens si cū
stulto ꝯtenderit siue irascatur si
ue rideat nō inueniet reqͥē. Et
itm̄. Nō recipit stult᷑ u̾ba pru
dencie. n̄ ea dixis que u̾santur in
corde suo. Unde ihs syrac dixͨ. Cum
dormiente loquitur q̄ narrat stul
to sapiam. et ī fine narrationis d
icet q̄s est hic. Octauo requiras ne cū
irrisore loquaris. scriptū est enī.
Cū irrisore ꝯsortiꝰ nō habeas. loq͂
le eius assiduitatē quasi toxica fug
ias. societas. eius tm̄ laqueus ē alt᷑.
naq; affabilitas deceptio. Et
salon dixͨ. Noli arguere ir
risorē ne te oderit. argue sa
pientē et diliget te. Et seneca
dixͨ. Qui corripit irrisorē ip
se sibi iniuriā facit. q̄ arguit
īpiū ipe sibi maculam querit.
Nono. requiras ne cū linguoso
uel loquaci colloquiū habeas. ait
enī ꝓpha. Vir lingosus nō d
irigetur ī t̾ra. Et ihs sirac d
ixit. Terribil' est ī ciuit̃ sua ciuitate
homo ligosus. et temerarius in
uerbo suo odibil' erit. Et itm̄.
Qui odit loquacitatē extinguit
maliciā. Et alibi idē dixͨ. Cum
uiro liguoso nō loquaris. nec ig
nē illius struas ligna. Et ali
bi idē ait. Sicut fatuus ꝯsiliū h
abs. n̄ enī poterit diligere n̄ q̄ eis p
lacent. Decimo requiras ne cum ciuis
multū loquaris. ait enī tulli
us. Racio ciuiū penitus abieci
da est. Cū nos gente latine dicat
canis. Inde canicula dicit latrātes
ut canes. dequibꝫ et similibꝫ.
dominꝰ dixͨ. Nolite proicere marg
aritas int̾ porcos. Undecimo requiras ne
cū maliuolis multū ꝯtendas.
ait enī augꝰ. Sicut ignis quan
to magis ligna susceperit. sem
ꝑ in maiorem flāmā erigit. ita
mal' hō quanto magis rōne audi
erit semꝑ in maiorē maliciā er
gat. et maliuolā aīam nō intrat

sapiencia. Et quidem Cato dixit: Con-
tra uerbosos noli contendere uerbis.
Sermo datur cunctis, animi sapiencia pa-
ucis. Et require ne de secretis
cum ebrioso uel muliere mala lo-
quaris. Dixit enim Salomon: Nullum se-
cretum ubi regnat ebrietas. Et
alius dixit: Garrulitas mulie-
ris solum nouit celare quod nescit.
Denique requiras quibus audientibus
aliquid dicas. Scriptum est enim: prospi-
ce de cuius [?] tuus proferre sermo-
nem, ne lateat forsitan qui maledicat
tibi. Et sunt multa exempla ad ex-
positionem et intelligentiam huius di-
ctionis cui poni ualerent, sed ista
ad presens tibi sufficiant.

Nunc accedamus ad exponendum huius aduerbii
cur. Et est istud cur causam requi-
rit. Requiras ergo tu de causa. Nam
sicut in factis et faciendis causa est
requirenda, dicente Seneca: Cuiusque
facti causam require et cum initia
inueneris exitus cogitabis. Ita et
in dictis causa est requirenda. Et sic-
ut sine causa nichil agitur nec mun-
dus fortuitis casibus implicatur, ut
Cassiodorus ait, ita sine causa ni-
chil dicere debes. Et sicut in qualibet
re quadruplex causa requiritur, uide-
licet causa efficiens, materialis, forma-
lis atque finalis, ita et in dictis qua-
druplex causa quandoque requiritur. Causa
quare dicas tibi sit aut pro seruitio
aut pro humano commodo aut pro
utroque aut forte pro amico aliter.
Etiam pro omnibus predictis. Pro seruitio
ut faciunt fratres predicatores et mi-
nores. Pro humano commodo ut
causidici et alii oratores fac-
iunt. Nam secundum beatum Augustinum licet
et aduocato uendere iustam ad-
uocationem et iurisperito uendere
iustum consilium. Et tunc quan-
do dicis uerba pro humano commodo
requiras quod sit commodum et qu-
ale. Debet esse pulcrum et non tur-
pe, quia secundum leges turpia luc-
ra etiam ab heredibus sunt extorquen-
da. Unde Seneca dixit: Tur-
pe lucrum ut dispendium fugito.

Nota pro aduocatis et iurisperitis

Et alius dixit: Lucrum cum mala fa-
ma dampnum est appellandum. Et ali-
bi scriptum est: Percussisse malle quam
turpiter accepisse. Debet etiam esse
commodum moderatum. Oportet enim co-
modum certum [?] et mensuram [?] ut ait Cassio-
dorus. Commodum mensuram equa-
litatis excessit, iam suum nomen non habe-
bit. Debet etiam esse commodum naturale
et quod conueniat, id est cum commodo tuo et alie-
no. Ait lex: Natura equum est ne-
minem cum alterius iactura fieri lo-
cupletiorem. Plus etiam procedit T-
ullius dicens: Neque timor neque
dolor neque mors neque aliquid quod
extrinsecus homini accidere possit, tam
est contra naturam quam ex alieno incommo-
do suum augere commodum, et maxime
de exiguitate inopia. Ait enim Cas-
siodorus: Vincit omnem crudelitatem
esse diuitem uelle fieri de exig-
uitate mendici. Pro utroque au-
tem, id est pro seruitio et humano
commodo dicunt uerba alii sacerdotes
et clerici seculares: principaliter pro ser-
uicio, secundario pro commodo. Viuere
enim debent de altari ut decreta c-
lamant, et etiam Paulus in epistola pri-
ma ad Corinthios: Qui in altario deser-
uiunt cum altario participant. Ita
et dominus ordinauit his qui euan-
gelium annunciant de euangelio uiuere.
Quidam in decretis cap. [?] continetur. Quia pri-
ncipaliter dicunt uerba pro humano co-
modo et pro bonis percipiendis, et secundari-
o pro seruitio, quod facere non deberent.
Causa uero dicendi pro amico debet
esse debet, dum tamen uerba sint iusta
et pulcra. Lex enim amicitie secundum
Tullium hec est: non rogemus res turpes
nec faciamus rogati. Non enim pro a-
mico facere uel dicere debes quod ad pe-
ccatum pertineat, nam secundum regulam a-
moris: Non est excusatio peccati
si amici causa peccaueris. Amici
enim omnia communia facis tua. Plus
etiam est, quia bis peccat qui pecc-
ato obsequium accommodat. Crimi-
nis enim sibi parat qui nocentem adiu-
uat, nam socius fit culpe qui no-
centem adiuuat. Et maxime

nire turpi ubi duplex est pec
catum. Ait enim Seneca: In turpi re p
eccare bis est delinquere. Inno
centie enim amicus te credas, ut verius
defensor dicaris. Ait enim Cassiodo
rus: Ille proprie defensor est dicendus
qui defendit innocentie. Poten
tibus non placitis liberius verba
fundas utilia, videlicet pro dei servi
cio et humano commodo et anime
utilitate. Et hec in istis tribus exemplis ad
expositionem huius adverbii cur di
cta valeant brevitatis causa suff
iciant.

v Predictis auditis et intellectis super
hoc adverbio cur, expositionem et in
tellectum audias huius dictionis quomodo,
quod est ultimum, quod modum requirit.
Requiritur enim modus in dicendo. Nam sic
ut in rebus modus est servandus, de
quo dici consuevit: Est modus
in rebus, sunt certi denique fines, quos
ultra citraque nequit consistere rectum.
Ita et in dictis si modus omitti
tur, nichil laudabile poterit inveni
ri. Ait enim Cassiodorus: Modus
ubique laudandus est. Modus it
aque tuus quadruplex sit, videlicet
in pronunciatione, in elocutione, in
brevitate, in suavitate, et in qua
litate. Vitandum est quod sit pri
vatio. Pronunciatio est secundum Boetium di
gnitas rebus et sensibus accommo
data et corporis moderatio. Enim hec
pars [illegible] excellit, ut secundum sententiam Mar
ci Tullii, In docta actio laudem
tamen consequitur si optime proferatur. Et
quamvis expolita, si intercipiatur, pro dicatur
contemptum, irrisionem quoque meretur. In pro
nuntiatione itaque primum est cura de vocis
et spiritus moderatione et corporis
et lingue motus. Vitia quoque si qua
sunt oris diligenti cura emendanda sunt,
ne vox sit inflata vel allevata
vel in faucibus frendenda, vel vocis
immanitate resonata, non aspera, vel
frendentibus vel hiantibus labiis pro
lata, sed pressim et equaliter et leni
ter et clare pronunciata, ut suis queque
littere sonis enuntientur, et unumquodque
verbum legitimo accentu decoretur,

nec immoderato clamore voci
feretur, nec ostentationis causa fucata
oratio verum plorans. Rebus causis et tem
poribus dispensanda est. Nam alia sim
plicitate narranda sunt, alia a
victe sua(?) venta, alia cum indign
atione deprimenda, alia miseratione
flectenda, ita ut vox et oratio se
mper sue esse conveniant. Observandum
etiam ut recta sit facies, ne labia de
torqueantur, nec immodicus hiatus,
nec supinus vultus, nec eiecti in
terram oculi, nec inclinata cervi
x, nec elevata aut depressa superci
lia, quia nichil potest placere quod
non deceat. Et secundum Tullium: Caput art
is est decere quod facias. Labia lambere
vel mordere est deforme, cum etiam
in dictionibus verbis modicus debeat
esse eorum motus. Ore non magis quam
labiis loquendum est. Dicenda quoque
sunt summissa leviter, incitata gravi
ter, inflexa moderate. Cum magn
a dicimus granditer proferenda sunt. Cum
parva dicimus subtiliter. Cum mediocria
temperate. Nam in parvis causis nichil gran
de, nichil sublime dicendum est, sed leni
ac pedestri more loquendum. In cau
sis vero maioribus, ubi de deo vel h
ominum salute referimus, plus magni
ficentie et fulgoris est exhibendum. In
temperatis vero causis, ubi nichil agitur n
isi ut auditor delectetur, moderate est
dicendum. Sed quamvis de magnis rebus quis
que dicat, non tamen semper granditer dice
re debet. Cum autem aliquid laudat vel vi
tuperat, temperate dicere debet. Nam et Sene
ca De formula honeste vite dixit:
Lauda parce, vitupera parcius.
Similiter enim reprehensibilis est nimia
laudatio sicut immoderata vituperatio.
Hec enim adulatione, illa maligni
tate suspecta est. In presentia autem sui
aliquis laudari non debet. Scrip
tum est enim: Laudare presentem nec le
dere debes. In velocitate et tar
ditate similiter modum requiras, ut in
tantum aliud in dicendo quam in faciendo.
Non enim esse velox ad loquendum, ser
tardus cum moderamine oportet. Ait
enim beatus Iacobus in epistola sua.

Esto velox ad audiendum, tardius vero ad loquendum, et tardius ad iram. Et Salamon dixit: Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est quam illius correctio. Et Cassiodorus dixit: Hec est regalis pars dubio utilius. tardius in ubi prumpere. et celeri necessaria sentire. Et sic in iudicando tardius esse debes. Scriptum est enim: Optimum iudicem existimo qui cito intelligit et tarde iudicat. Deliberare enim utilia mora est tutissima. Unde et iam dici consuevit: Ad penitendum properat qui cito iudicat. Competentem enim moram in talibus non est reprehendere. Nam dici consuevit: Mora omnis odio est, sed facit sapientem. Similiter in consiliis requiras tarditatem et non velocitatem vel festinanciam. Scriptum enim est: De consiliis quod diu tractatur id puta rectissimum. Velox enim consilium sequitur penitentia. Et sunt tria que contraria consilio: festinantia, et ira, atque cupiditas. In faciendo autem post deliberationem velocitatem exercere debes. Ait enim Seneca in epistula: minus dicito quam facias et diu deliberato, cito facito. Celeritas enim beneficium gratum facit. Et Salomon dixit: Vidisti hominem velocem in opere suo? coram regibus stabit nec erit inter ignobiles. Et ibi Sirac dixit: In omnibus operibus tuis velox esto, et omnis infirmitas non occurret tibi. Non tamen tantam velocitatem exerceas que operis perfectionem impediat. In quantitate in supermodum requiras non multa dicendo, nam in multiloquio non deest peccatum. Et Salomon in Ecclesiaste dixit: Multas curas sequuntur sompnia, et in multis sermonibus invenitur stultitia. Et alibi idem dixit: In omni opere erit habundantia; ubi autem sunt verba plurima, ibi frequenter egestas. Et Seneca dixit: Multum tibi proderit quod quiescere (?) cum aliis loquaris minima. Secundum mensuram moderate tamen loqui et tacere debes. Dixit enim Pamphilus: Nec nimium taceas nec verba superflua dicas.

audias quam plurima, loquaris non pauca. Ut quidam philosophus dixit. Unde et Socrates dixit: Ex omnibus placet potius sigelleru (?) optam. et locutus fuit pauca. In qualitate denique dicendi modum requiras, scilicet dicendo bona. Scriptum est enim: Principium amicitie est bene loqui, male dicere vero est exordium inimicitiarum. Et dicendo verba leta et honesta, lucida et simplicia, composita plano ore, facie composita sine risu multu quieto, facie composita sine immoderato cachinno, clamore nullo prolata, de quibus Salomon dixit: Favus mellis verba composita, dulcedo anime et sanitas ossium. Et hec ad expositionem et intelligentiam huius dictionis quomodo dicta sufficiant.

Super denique restare de intelligentia et expositione huius adverbii cum, et certe istud quod tempus requirit. Requiras quam diligenter tempus dicendi. Simul et ordinem. Ait enim Iesus Sirac: Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lascivus autem et imprudens non servabit tempus. Unde quod tempus sequatur a verbis Salomonis dicentis: Tempus tacendi et tempus loquendi. Magna enim iam res vocis et silentii temperamentum. Unde Seneca dixit: Sua itaque silentium docuit te loqui fuit necessarium non solum tuum silentium servasti sed etiam aliorum silentium expectasti. Expectare quia debes dicendi tempus donec tibi prebeatur auditus. Ait enim Iesus Sirac: Ubi non est auditus non effundas sermonem et importune noli extolli in sapientia tua. Importuna enim est narratio tua quando tibi non prebet auditum. Et est quasi musica in luctu. Nam ut idem ait: Musica in luctu importuna narratio. Et qui narrat verbum non attendenti quasi qui excitat dormientem a gravi sompno. Et non solum in dicendo aliis sed etiam in respondendo tempus expectare debes. Unde scriptum est: Nec prius respondeas donec finis fuit interrogationis.

no(ta) q(uod) dic(itur) ho(c) p(ri)us r(espondere) q(ua)m audiat

Caue ut ait salomon. qui prius respondet
quam audiat stultum se esse demonstrat
et confusione dignum. similiter qui prius lo
quitur quam discat ad contemptum et irris
ionem properat. unde ihesus syrac dixit.
ante iudicium para iustitiam. et ante
quam loquaris disce. Singula quoque
suo loco et tempore dicenda sunt. in preposito
ordine penitus omissio. nam si de pre
dicatione loqui desideras. tempore congruo
prius ystoriam dicas. postea uero allego
riam. tertio tropologiam. si uero de e
pistolis tractes. primo loco et tempore salutat
ionem ponas. Secundo exordium. tertio n
arrationem. quarto petitionem. Qu
into conclusionem. si autem de contionando
et arengantis facere uolueris. similiter primo
loco et tempore salutationem dicas. secundo
uero commendationem tam illorum ad quos a
renga dirigitur quam sociorum tecum ab
arengantium. Tertio arengationis si
ue narrationem eius quod tibi impositum fuit.
Quarto uero exortationem dicendo.
suasoria uerba ad consequendum id quod p
ostulas. Quinto modi positionem. a
llegando modum quo id quod postulatur
fieri ualet. Sexto exempli positionem i
ducendo. exempla de rebus in similibus n
exo quasi factis et obseruatis. Septi
mo denique assignabis sufficientem
rationem ad omnia predicta. et hoc facies
ad exemplum gabrielis archangeli qui
cum missus esset a deo ad beatam uir
ginem mariam. primo posuit salutatio
nem dicens aue maria. secundo commendat
ionem dicens gratia plena. dominus tecum.
benedicta tu. et cetera. Tertio confortatio
nem. siue exortationem dicendo ne
timeas maria et cetera. quam exortati
onem imposuit archangelus demum
ideo quia beata maria turb
ata fuerat in salutatione archangeli.
Quarto uero posuit annuntiationem di
cens. ecce concipies et paries filium et
cetera. Quinto posuit modi expositionem.
cum dixit. spiritus sanctus superueniet in te et
uirtus altissimi obumbrabit tibi et cetera.
Sexto posuit exemplum. cum dixit. nam
et helisabeth cognata tua pariet et
filium in senectute sua et cetera. Septimo
assignauit sufficientem rationem ad predicta.
cum dixit. quia non erit apud deum in
possibile omne uerbum. sicut autem de legibus
uel decretis. uel de casibus tractare uol
ueris. primo tempore et loco litteram proponas.
secundo casum. tertio littere expositionem.
quarto similia. quinto contraria. Sexto
solutiones. et sic de qualibet scientia. que ad
eam pertineant. sed prius et post et intermedia
sunt dicenda. hec denique exempla. sunt
proculdubio. que tibi ad presens
dicta sufficiant. tu autem ex ingenio
tuo et arte poteris in aliis singulis et super
quolibet uerbo huius uersiculi pro tue
uoluntatis arbitrio plura excogi
tare. nam sine sermone excellentiore se
mper omnis uoluntas. ita sermo hic intellectus
quando dicas uel taceas. decet. semper per te
intellectum. hanc quoque doctrinam sermonis dicen
do uel tacendo breuiter comprehensam et
et aliis tuis fratribus litteratis celebe
rrimam. quia uita litteratorum po
tius in dicendo quam in faciendo consistit. sed
contra hec nota quod ait. stulta
est et minime conueniens litteratorum ui
ro occupatio exercitii laborum. et
dilatatio uirtutis. si autem sermonem faciendo
uolueris hanc doctrinam tradere. debes in
faciendo unum uerbum dicas. et loco
illius ponas hoc uerbum facias. ut dicatur
Cuius quid. cur facias. cur. quomodo
quando requiras. et sic omnia que dicta sunt
et et multa alia. poteris ad hoc uerbum
facias utiliter adaptari. huius tamen
rei auditus et dicta predicta expectatio
ne firmissima et usu actu exercentur.
nam Exercitatio ingenium et naturam sepe
uincit. et uincit omnium magistrorum pre
cepta superat. Et sic potius doctri
nam dicendi ac faciendi sumpturus
bre. dominum in uestro oro quod michi donauit
predicta tibi narrare. ut ad eterna gaudia
audientia nos faciat peruenire. Ex
plicit liber de doctrina dicendi et tacendi ab
albertano causidico brixiensi in contrata sancte
agathe compositus et compilatus. anno domini m.cc.
quadragesimo v. mense decembris. In
xpi nomine incipit liber co
solationis et consilii.

Nota de modo pro
nendi [illegible]

In x(rist)i no(m)i(n)e incipit liber (con)solacionis et (con)silii.

Quoniam multi sunt qui in adversitatibus
et in tribulationibus taliter affliguntur
et deprimuntur quod animo deficiunt et pertur-
batione nec consilium nec consolationem
habent. neque ab aliis expectant. ita
contristantur. ut de malo in peius cadant.
ideo tibi filio meo Iohanni qui in arte
cyrurgie medicando te exerces. et p-
lerumque tales invenis. quedam pro m-
odulo mee scientie scribere curavi.
per que adiuvante domino. poteris non
solum in corporibus medelam tribuere.
sed etiam circa predicta consilium et consolationem
impartiri atque ministrare. legas itaque sim-
ilitudinem infrascriptam. et auctoritates in
hoc libro notatas attente ac studiose
considerare plegas et ita divina favente
gratia poteris tibi et aliis proficiendo ad
predicta levius pervenire. ecce similitudo.

Similitudo

Quidam iuvenis Melibeus
nomine. vir potens et dives habens
quasi uxorem et filiam in domo quas
multum diligebat. clauso hostio
domus sue ivit spaciatum. tres vero sui
antiqui et hostes antiqui hoc videntes
appositis scalis ac per fenestras
domus intrantes uxorem Melibei
prudentiam nomine verberaverunt fortiter.
et filie eius plagis quinque appositis
videlicet in oculis. et auribus. o-
re. et naso. ac manibus. illamque se-
mivivam relinquentes abierunt. Me-
libeus vero postmodum reversus hoc vid-
ens cepit magno planctu flendo
comas sibi dilaniare. vestesque
suas quasi more furiosi dilacerare.
uxor autem iam dicta ut taceret cep-
it illum instanter ammonere. ille vero
plus semper clamabat. at illa dist-
ulit aliquantulum recordata verbi O-
vidii de remedio amoris qui dixit.
Quis matrem nisi mentis inops. in
funere nati flere vetat. non hoc
loco illa monenda. cum dederit lacrim-
as animumque impleverit egrum. ille dol-
or verbis moderandus erit. cum autem
vir a fletu aliquantulum cessasset. an-
imumque egrum implevisset. De consolatione

Cepit illum prudentia monere dicens.
stulte cur insanis. quid te dolor
urget in anima. acquirit gemitus p-
mia nulla prius. tempore sunt. tunc co-
od et predicta fletum. forte tuas
lacrimas prospice quid facias. Cur gr-
aviter dolentem non permittis ad sapientes
cum dolor ad dominum premia nulla
ferat. et filia tua dante domino bene
liberabitur. nam si mortua fuit. non
tamen te pro illa destruere debes. ait
enim Seneca. non affligitur sapiens
liberorum. vel amicorum amissione. eo-
dem animo fert illorum mortem quo suam
expectat. malo enim ut relinquas do-
lorem quam ab illo relinquaris. et quod post-
modum id facere debes. quod etiam in volu-
ntate diu facere non potes. Cui Melibeus. quis
poterit in tanto dolore fletum et lacrim-
as cohibere. nam et dominus Ihesus Christus de laza-
ro amico suo infremuit spiritu.
et lacrimatus est. Cui prudentia dixit. Temperatum
fletum attristatis vel inter tristes non est
prohibitum. immo concessum. secundum beatum
paulum qui dixit in epistola ad Romanos. G-
audere cum gaudentibus. flere cum fl-
entibus. Et Tullius dixit. Pro-
prium est animi bene constituti. et leta-
ri bonis rebus. et dolere contrariis. Explo-
rare autem ac lacrimas multas fun-
dere prohibitum est. modus vero a Seneca
inventus est. sufficit. qui dixit.
Nec sicca sint oculi amisso amico.
nec fluant. Lacrimandum est non plorandum.
Amisso vero amico amicitiam re-
para. si commode poteris. nam ut-
ilius ait. Facilius est amicum reparare quam
flere. Tamen sic ut prudens vivas.
tristiciam de corde tuo a te repell-
as. ait enim Ihesus Syrac. multos enim
occidit tristicia. nec est utili-
tas in illa. Et alibi idem dixit. Animus
gaudens etatem floridam facit. spiritus
tristis exsiccat ossa. Et Salomon
dixit. Sicut tinea vestimento. et
vermis ligno. ita tristicia nocet
hominis cordi. Et iterum. Non contri-
stabit iustum quicquid ei acciderit. im-
pii autem replebuntur malo. Et
Seneca in epistolis dixit. Nichil est stu-
ltius quam famam captare tristicie.
et lacrimas approbare. nichil enim sa-
pienti viro accidere potest quod eum contri-
stet. stat rectus sub quolibet pondere

Job.

sicut accidit in beato iob. qui cū
om̄s filios. om̄ēq; substan̄ suā āmi
sisset. ¶ Insup ml'tas etiā icorpe suo
tribulacōes sustinēt. semp recō
libetr ac semp grās dn̄o agēs dice
bat. dn̄s dedit. dn̄s abstulit. q' dn̄o
placuit sicut ē ēst. sic nom̄ dn̄i b
n̄dictū. ex h' nūc et usq; i sclm̄.
¶ Nō g̃ debem̄ nimis dole' d' filus
ul' alus reb; āmissis. exq; id q' acci
dit. p dolore mutari nō pōt. s; p
ocius d' beni gaude' te habuis. q' d
ole d' āmissis. vn̄ quidā uolēs pa
trē d' morte filii gsolari. sic ait.
Noli flere q' bonū filiū āmisisti.
i s; pocius gaude q' talē h'uisti.
et alibi i de seneca. ait. Nulla
res citi' ad odiū uenit q̃ dolor re
cēs. dolor libēt' ad se gsolatorē in
duc. Inueteratus uō ē ridet' i imito.
aut enī simulatus. ē aut stultus.
et ēto tristiciā hui' scli. ig; a te
repelle d' bes. q' a uim est q' beat' pau
lus i ep̄la. ij. ad corinthios etiā m
edius dixit. Scli aut' tristicia mo
tē opatur. q' enī sm̄ dm̄ ē tristicia
p̄niā i salutē stabilē opat. et id
eā a te nullo m̄ repellas. s; poci
tius illā die noctuq; studeas h're
q' p̄ea gu'tet' i gaudiū. ut dn̄s in
euang̃. dix'. Vn̄ salon ait. Cor sa
pientū ubi tristicia. et cor stultor;
ubi leticia. ¶ Et itm̄ melius ē ire
ad domū luct' quā ad domū guiuii.
.Q. lx. oīa q̃cūq; dixisti uera s;
atq; utilia. vn̄ tn̄. aīus meus tu
bat. me tm̄ impellit. q' qd facē
d'bā; ignoro. .R. illa dixit guo
ca p̄batos ac fideles amicos. ag
natos q̃; simul atq; cognatos. 7
ab eis sup̄ p̄dcis diligēter gsilu;
p̄tula. et sm̄ illor; gsiliū te re
gas. dixit enī salon. ¶ Oīa cū gsi
lio fac 7 nō te penitebit. .Q. uō
guocauit multitudinē homi;
copiosā. i t'q's fuert' medici de
cyrurgia. et phisi. senes quo
q; 7 multi iuuēs. uicini uō m'l
ti qui magis illū reuerebāt' ti
more q̃ diligerēt amore. 7 eci
am q'dam qui d' inimicis sui fue
rāt amicia. et i ei' gra; redierā
nt m'lti etiā guenerūt illuc.
assentatores siue adulatōes et et
iā causidici. sapiētes quib; gu
ocatis ille porteline narrans oīa
q̃cūq; illi accid'āt. et ab ip̄is g
siliū p̄tulās magnā uolūtate;
d' uindicta igtinēti faciēda te
mōstrauit. tūc surrēt un' d' me
dicis cirurgie d' gsēsu alior; d' arte
sua. et i' sentētiā dixit. ¶ Offm̄ med
cor; ē atq; ad illos semp spectet
oīb; p̄dēe ac nulli nocē. p̄inquē
enī accidit. ut uulneribus i rixa u
triq; fuis medici d' arte sua utrīq;
pri gsulāt. ac utrisq; sollicite me
delā adhibāt. et ideo nō expedit
eis de guerra. ul' uindicta gsule.
nec int' aliqs p̄tē cape. q̃r d' uind
icta faciēda minime gsulim'. filiā
uō uīā inspectis diligent' illius
ulnerib; sollicite ac p̄uide die no
ctuq; procurabim'. et dāte dn̄o li
cz grauissime sit uulnerata ad bo
nam plenāq; sanitatē p̄ducem'.
p' illū uō un' d' medicis phisice
d' gsilio et uolūtate alior; gsulu
it q' filia. et p' m'lta ulta sua a
uxiliū atq; gsiliū ēta medicine
artē p̄filia sua illi p̄se et alius
repromisit. cura uō guerrā atq;
uindictā sic. ait. dicim' quia sa
cit p̄phisicā oīa gtrius curāt'. itā
guerra atq; uindicta. et i alus re
b; oīa gtrius curari gsueuerūt.
uicini uō 7 i'mici. .Q. qui ml'i i
grām redierāt. adulatores q̃; si
ue assentatores oīs q̃; lacrimātes
et dolorē i facie de eo q' acciderat
ostēdētes. d' uindicta i gtinēti fac
ienda et guerra uirilit' p̄gēda
gsuluerūt. gmināntes m'lta dn̄
ni. .Q. eiusq; potēciā atq; diui
tias mirando 7 m'ltitudinē agn
ator; i sup ei et cognator;. assi
mū q̃; atq; amicor;. aduersarior;
i sup eius potēciā uilip̄ndēdo.
eor; q̃; diuicias ubis amicabilā
do d' ind' un' d' sapiētib; causidi
cis. d' uolūtate alior; surrexit.
et i' s' certa dixit. Regim' istud

adiuuium est ut te in iurie atque malefi-
cii nouit coniungi. et quia multa
pericula in futura hac occasione possi-
bilia contingere. auxilium etiam commune amici-
tatis. et diuitiarum ac potentie uiuus
quas prius et etiam iustius alius nobis quam te-
scili non potest excogitari. nec con-
ueniens esset hic miari. quare cum sollici-
te sit porrechi consilium et quantum
possum tuam super omnia ita custodias. quia
ubi dolus in astutie desinit et absce-
dendum. Iterum etiam domum tuam dilige-
nter munias. de facto autem iudicare ab-
que guerre facere dubium maximum
non uidetur. quare quid melius sit ad hu-
nc iudicare non possumus. Unde spa-
tium deliberandi ea postulamus. non enim
subito ut celeriter est iudicandum. Omnia
enim subita probantur incauta. In iudi-
cando criminosa est celeritas. et ad peni-
tendum properat qui cito iudicat. quare
dici consueuit. Optimum iudicem exi-
stimo qui cito intelligit et tarde iud-
icat. Nam licet mora omnis odiosa sit-
non tamen in iudicando mora competens est
reprehendenda. scriptum est enim Mora omn-
is odio est. sed facit sapientem. quare
si super predictis deliberare uolumus non
est mirandum. Deliberare enim util-
is mora est tutissima. Dici enim
uulgo consueuit. Celerior est iudex
lentus quam iudex ad iudicandum pro-
perans. Nam et ipse deus cum super in-
iquitate in adulterio deprehensa iudicare
uellet. scribebat in terra bis deliberans.
nos autem post deliberationem datam domino
et utiliter consulemus. Iuuenes uero con-
fisi de fortitudine ac uiribus su-
is. et etiam de multitudine illorum
qui uidebantur amici post multas
laudes domini melibei ac diuitiarum
et parentele illius et potentie consi-
luerunt uindictam incontinenti faciendam
et guerram potenti manu precipiend-
am. aduersariorum potentiam et diu-
itias pro nichilo reputantes. repre-
hendendo etiam sapientes de dilatione
et deliberatione postulata. allegando
etiam quod sicut ferrum igne calefa-
ctum et candidatum. semper melius
quam frigidum laboratur. ita et iniu-

ria recens in continenti semper sem-
per melius quam ex interuallo uindicatur.
tunc uero qui omnes cum magno strepitu
clamauerunt. fiat fiat. tunc tenu-
iter unus de senioribus extendens manum
silentium. de consensu et uoluntate al-
iorum senum dixit. multi clamabant.
sic. sic qui uim uerbi nesciunt. et quod
